

ANTIQVAE
COLLECTIONES

DECRETALIVM.

*Don Juan Antonio de
Palero summa.*

CVM Antonij Augustini Episcopi
Ilerdensis notis.

BARCINONE

Venduntur apud Natalem Bareſon, ad Forum Regium.

Anno. 1592.

AD GREGORIVM

XIII. PONT.

MAX.

P. R. A. E. F. A. T. I. O.



Vniuersi iuris Pontificij GREGORII fontes, atque origines exquirere, non leuē esse putarē ad id cognoscendum, atque enucleandum aditum: diu, multumq. in conciliorum libris, Pontificū Maximorum rescriptis, veterum decretorum, atque epistularum, ut vocant, decretalium collectionibus, in Græcorum denique de eisdem rebus tum regulis, quos canones ipsi appellant, tum interpretationibus, ac lucubrationibus sumi uersatus. Illa tunc admirabar veterum felicissima tempora, quibus maxima ingenia in religionis Christianae propagatione operam nauarunt suam, a Constantino Maximo Augusto ad Leonem, & Marcianum Imperatores; in quib. eluxerunt Athanasius, Gregorius cognomento Theologus, Basilus, Io. Chrysostomus, Epiphanius, Cyrillus apud Græcos; apud nostros Hilarius, Ambrosius, Augustinus, Hieronymus; et qui eodem tempore clauum itum tenuerunt, et clauēs Romanæ, atq. uniuersalis ecclesię Damasus, Cælestinus, Innocentius, et Leo ille Magnus. In his enim summa sapientia, et diuinarum, humanarumq. rerum cognitio, cum singulari pietate, atq. eloquentia magno opere contendere uia est. Neque illis antiquiores omittēdi sunt apud Græcos clarissimi uiri Dionysij duo, alter Arcopagites dictus, alter Alexandrinus; Origenes, Clemens Alexandrinus, & Gregorius Thaumaturgus; apud nostros Cyprianus, Tertullianus, Lactantius, et Clemens Pontifex Romanus, alijsq. permulti Clementis successores. Ita per hos, quorum nomina expressi, factum est; ut illorū temporum concilijs, atque decretis, alijsq. varijs scriptorum monumentis nihil habeamus aut magis pium, aut magis ad fundamēta religionis, nostrique iuris perquirenda accommodatum. Verum enim uero nescio quomodo, barbarorum tyrannide omnes bonas disciplinas vexante, uix nobis in tantis tenebris aliquot singulari pietate uiri faces præluxerunt, sacrasq. res, atq. hæc ipsa iura, si minus diserte, non tamen ineptissime tractarunt.

INDEX TITVLORVM TRIVM COLLECTIONVM

Decretalium.



ACCUSATIONIBVS. collect. 1. lib. 3. tit. 1. pag. 69: & collect. 2. lib. 3. tit. 1. pag. 117.

Accusationibus, & denuntiationibus, & inquisitionibus. collect. 3. lib. 3. tit. 1. pag. 212.

Adulterij, & stupro. collect. 1. lib. 3. tit. 13. pag. 76: & collect. 3. lib. 3. tit. 3. pag. 218.

Actate, & qualitate, & oratione proficiendorum. col. 1. lib. 1. tit. 8. pag. 14.

Actate, & qualitate proficiendorum. col. 2. lib. 1. tit. 2. pag. 88.

Alienatione iudicij mutandi causa facta. col. 1. lib. 1. tit. 32. pag. 221.

Appellationibus, & recusationibus. col. 1. lib. 2. tit. 20. pag. 33.

Appellationibus. col. 2. lib. 2. tit. 19. p. 99: & col. 3. lib. 2. tit. 19. p. 174.

Apostati, et reuerantibus baptisma. col. 1. lib. 3. tit. 8. p. 75.

Apostati. col. 3. lib. 3. tit. 6. p. 217.

Arbitrio. col. 1. lib. 1. tit. 33. p. 23: & col. 2. lib. 1. tit. 20. pag. 91: & col. 3. lib. 1. tit. 25. pag. 153.

Auctoritate, & usu pallij. col. 3. lib. 1. tit. 7. p. 140: De usu pallij. col. 2. lib. 1. tit. 4. p. 87.

Baptismo, & eius effectu. col. 3. lib. 3. tit. 34. p. 201.

Baptismo puerorum. col. 2. lib. 3. tit. 19. p. 124.

Bigamis non ordinandis. col. 1. lib. 1. tit. 13. p. 16: & col. 3. lib. 1. tit. 14. p. 145.

Bigamis. col. 2. lib. 1. tit. 11. p. 89.

Capellii monachorum, et aliorum religiosorum. col. 1. lib. 3. tit. 32. p. 52.

Capellis clericorum, & monachorum. col. 3. lib. 3. tit. 29. p. 197.

Causa possessionis, & proprietatis in eodem iudicio mota. col. 1. lib. 2. tit. 8. p. 25.

Causa proprietatis, & possessionis. col. 2. lib. 2. tit. 6. p. 91.

Causa possessionis, & proprietatis. col. 3. lib. 2. tit. 5. p. 152.

Celebratione missae, & sacramento Eucharistiae, & aqua, qua exiit e latere Christi. col. 3. lib. 3. tit. 31. p. 199.

Censibus, & exactionibus, & procurationibus. col. 1. lib. 3. tit. 34. p. 155: & col. 2. lib. 3. tit. 25. p. 110: &

col. 3. lib. 3. tit. 37. p. 203.

Clandestina desponsatione. col. 1. lib. 4. tit. 3. p. 61: & col. 2. lib. 4. tit. 3. p. 213.

Clerico aegrotante, & debilitate. col. 1. lib. 3. tit. 6. p. 41: & col. 3. lib. 3. tit. 6. p. 180.

Clerico aegrotante. col. 2. lib. 3. tit. 3. p. 107.

Clerico excommunicato, vel deposito ministrante. col. 1. lib. 3. tit. 23. p. 79: vel interdicto ministrante, vel beneficii repetitio. col. 3. lib. 3. tit. 12. p. 219.

Clerico maledico. col. 2. lib. 3. tit. 11. p. 120.

Clerico non ordinato ministrante. col. 1. lib. 3. tit. 24. p. 80.

Clerico per saltum promotu. col. 3. lib. 3. tit. 13. p. 200.

Clerico percussore. col. 1. lib. 3. tit. 21. p. 75: & col. 2. lib. 3. tit. 10. p. 120.

Clerico venatore. col. 1. lib. 3. tit. 22. p. 75.

Clerico conjugato. col. 1. lib. 3. tit. 3. p. 39: & col. 2. lib. 3. tit. 2. p. 102: & col. 3. lib. 3. tit. 3. p. 178.

Clerico non residenti in ecclesia prabendato. col. 1. lib. 3. tit. 4. p. 40: in ecclesia prabendaria. col. 2. lib. 3. tit. 3. p. 102.

Clerico non residenti in ecclesia. col. 3. lib. 3. tit. 4. p. 179.

Clerico peregrino, & cui sine litteris non recipiendis. col. 1. lib. 1. tit. 14. p. 166: De peregrinantibus. col. 2. lib. 2. tit. 10. p. 101.

Clerico peregrino. col. 2. lib. 2. tit. 16. p. 146.

Clerico pugnantibus in duello. col. 1. lib. 3. tit. 12. p. 76: & col. 2. lib. 3. tit. 8. p. 100.

Cognatione legalis. col. 1. lib. 4. tit. 12. p. 65.

Cognatione spirituali, & filij ante, vel post copulationem generis. col. 1. lib. 4. tit. 11. p. 64.

Cognatione spirituali. col. 2. lib. 4. tit. 6. p. 114: & col. 3. lib. 4. tit. 8. p. 207.

Cohabitatione clericorum, et mulierum, & clericis combinariis. col. 1. lib. 3. tit. 2. p. 38.

Cohabitatione clericorum, & mulierum. col. 2. lib. 3. tit. 1. p. 102: et col. 3. lib. 3. tit. 2. p. 178.

Collusione. col. 1. lib. 3. tit. 18. p. 79.

Commodati. col. 1. lib. 3. tit. 15. p. 43.

Concessione prabendae. col. 1. lib. 3. tit. 8. p. 42: prabendatum. col. 2. lib. 3. tit. 7. p. 152.

Concessione prabendae, & dignitatum, vel ecclesie non vacantis. col. 3. lib. 3. tit. 8. p. 181.

Conditionibus appositis in desponsatione, vel alio contractualibus. col. 1. lib. 4. tit. 5. p. 62: in desponsationibus. col. 3. lib. 4. tit. 4. p. 206.

ANTHONY VESTINA
SCOTT
PRESENT

COLLECTIO QUARTA DECRETALIVM.

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page]

Cum scholijs Ioan. Teutonici, et quo
rundam aliorum.

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page]

A N T. V A V G V S T I N I E P I.
S C O P I L L E R D E N S I S
P R A E F A T I O.

H V R I S Pontificij trium collectionum veterū
editionem sequitur quarta; quae multa Innocē
tij Tertij post tertiam collectionem rescripta,
omnesq. concilij generalis Lateranensis con-
stitutiones eiusdem Pontificis auctoritate, et
praesentia confirmatas complectitur. In hac permulta sunt,
quae in superiorib. collectionib. duriora, aut obscuriora vi-
debantur, mutata rectius, et maxima cum prudētia, atq. aequi-
tate moderata. Addidimus Ioannis Teutonici doctissima
scholia, et quorundam aliorum. Hic est ille Ioannes, cuius
exstant ad Gratianū doctissimae lucubrationes a Barptol.
Brixienti postea interpolatae, quarum in hoc opere idē men-
tionem facit. Sumpsit pleraq. ab hoc Bernardus Parmensis,
cuius hodie scholijs utimur in Gregorianis libris, quod Ioā-
nes Andreae filius notat, et nominatim eundem saepe testem
citatur, eiusq. verba refert, additis, atq. detractis, quae ei visa
sunt. Licebit igitur his, et illis frui; et tamquam ex perlucido
fonte, quod saepe dicendum est, puriorem aquam sumere; ut
eodem tempore et Innocentiana verba, qualia initio fuerint,
et has interpretationes pleniores cognoscamus. Hanc nos
collectionem cum scholijs ex bibliotheca Panormitanae ec-
clesiae describendam curauimus, mox eam cum alijs libris
Tarraconensis, et Barcinonensis ecclesiae contulimus.

COLLECTIO QUARTA

DECRETALIVM


LIBER PRIMVS.

DE FIDE CATHOLICA

TIT. I.

INNOCENTIVS Papa III. in concilio generali. Const. 1. Cap. 1.

e. i. de
summa
Trinit.



HIRMITER credimus, et simpliciter^a cōfitemur, quod vnus solus est verus Deus, æternus, immensus, omnipotens, et incommutabilis, incomprehensibilis, et ineffabilis; Pater, et Filius, et Spiritus sanctus: tres quidem personæ, sed vna essentia, substantia, seu natura, simplex omnino. Pater a nullo, Filius autem a Patre solo, ac Spiritus sanctus pariter ab vtroq. absq. initio semper, et sine. Pater generans, Filius nascens, et Spiritus sanctus procedens, consubstantiales, et eoqueales, omnipotentes, et cœterni. Vnum vniuersorum principium, creator omnium visibilium, et invisibilium; spiritualium, et corporalium; qui sua omnipotentis virtute, simul ab initio temporis vtramq. de nihilo condidit creaturam spiritualem, et corporalem; angelicam videlicet, et mundanam, ac deinde humanam quasi communem ex spiritu, et corpore constitutam. Diabolus enim et dæmones alij a Deo quidem natura creati sunt boni, sed ipsi per se facti sunt mali; homo vero diaboli suggestione^b peccauit. Hæc sancta Trinitas secundum communem essentiam indiuidua, et secundum personales proprietates discreta, per Moysen, et sanctos Prophetas, aliosq. famulos suos iuxta ordinatissimam dispositionem temporum doctrinam humano generi tribuit salutarē. et tandē vniigenitus Dei filius Iesus Christus a tota Trinitate communiter incarnatus ex Maria sempervirgine, Spiritus sancti operatione conceptus, verus homo factus ex anima rationali, et humana carne compositus, vna in duabus naturis persona viam vitæ manifestus demonstravit. Qui cum secundum diuinitatem sit immortalis, et impassibilis; idem ipse secundum humanitatem factus passibilis, et mortalis. Qui etiā pro salute humani generis in ligno crucis passus, et mortuus, descendit ad inferos, resurrexit

a mortuis, et ascendit in cælum, sed descendit in animas, et resurrexit in carne; ascenditq. pariter in vtroq. Venturus in finem sæculi iudicaturus viuos, et mortuos; et redditurus singulis secundum opera sua, tam reprobis, quam electis; qui omnes cum suis proprijs resurgent corporibus, quæ nunc gessant; vt recipiant secundum merita sua siue bona fuerint, siue mala, illi cum diabolo pœnam perpetuam, et isti cum Christo gloriam sempiternam. Vna vero est fidelium vniuersalis ecclesia, extra quam nullus omnino saluatur: in qua idem ipse sacerdos est sacrificiũ Iesus Christus, cuius corpus, et sanguis in sacramento altaris sub speciebus panis, et vini veraciter continetur, et substantians pane in corpus, et vino in sanguinem potestate diuina; vt ad perficiendum mysterium vnitatis accipiamus ipsi de suo, quod accepit ipse de nostro. Et hoc vtiq. sacramentum nemo potest conficere, nisi sacerdos rite fuerit ordinatus secundum clauis ecclesiæ, quas ipse concessit Apostolis, eorumq. successoribus Iesus Christus. Sacramentum vero Baptismi, quod ad Dei inuocationem, et indiuiduæ Trinitatis, videlicet Patris, et Filij, et Spiritus sancti cōsecratur in aqua, tam paruulis, quam adultis in forma ecclesiæ a quocumq. rite collatum proficit ad salutem. Et si post susceptionem Baptismi quisquam prolapsus fuerit in peccatū, per veram pœnitentiam semper potest reparari. Non soliti autem virgines, et continentes, verum etiam coniugati, per fidem rectam, & operationem bonam, placentes Deo ad æternam merentur benedictionem peruenire.

In eodem Const. 11. Cap. 2.

DA M N A M V S, et reprobamus libellum, siue tractatum, quem Abbas Ioa-
chimi edidit contra magistrū Petrum Lombardum, de vnitatis seu essentia Trinitatis; appellans ipsam hereticum, et insanum, pro eo quod insanus dixit sententijs; quoniam quædam summa res est, Pater, et Filius, et Spiritus sanctus; et illa nō est generans, neq. genita, neq. procedens. Vnde asserit, quod ille non tam Trinitatem, quam quaternitatem astruebat in Deo; videlicet tres personas et illam communem essentiam; quasi quater-

I L E R D A E.

Apud Petrum Rob. & Ioānem a Villa-
noua, Anno M. D. LXXVI.